



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

12 An repræsentatis duobus peccatis voluntati, v.g. homicidio, & leui  
mendacio teneatur voluntas vtrumque respuere, vel possit absque  
peccato vnum præ alio amplecti?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

7 Dixi non esse mortale per se apparente excellentiam, & honestatem indebitam, quando non vergit in aliorum graue detrimentum. Nam si iustitiam horum bonorum, eo quod fallat, in aliorum graue detrimentum vergit, necini est dubium esse mortale. Vnde si ignarus iuris canonici, vel medicus re singa peccatum Medicum, vel Aduocatum, & obinde exponat periculo medendi infirmos, vel dissoluet diuites, necini est debium peccare mortaliter, cum obligatione restituendi, si dimum fuit te legatum: sic Nauar. cap. 23. num. 13. & 16. Lessius lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 42. Sanchez alios referens lib. 7. in Decalog. cap. 3. num. 2. vbi a peccato mortali excusat genitricem competitores cathedrae, qui te coram electoribus plus illo excolunt, & laudes, & factiora fingunt, vt competitoribus alius praerantur, quia huiusmodi dictis ferè nulla fides adhibetur.

8 Quod si de iactantia in virtute loquamur, dicendum est narrant recte facta, & ab omnibus gloriam, & aestimationem ob illa querere, fieri posse aliquando abique peccato, iuxta illud Ecclesiast. 4.1. num. 1. Curiam habet de vno nomine; hoc est magis permansit tibi, quam mille ihsauri, & Apostolus ait, presidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Debet tamen huiusmodi recta aestimatio non propter le appetit, vel melius Deo ratio illius obsequaris, vel causa, vt alij obsequantur, qua ratione dixit Martij. Sic luceat lux caestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est: sic Azor. s. i. institutum moralium lib. 4. c. 1. §. 3.

9 Qui enim solum humanam laudem ex operibus bonis capiat, peccat, vt optime expendit Nauarra. in cap. minister 13. quafi. 5. num. 30. & 44. & Azor. lib. 4. instit. cap. 13. quafi. 1. tum quia omnia creata non sunt propter se appetenda, tam quia inordinatio est virtutum, quae excellentior est, ad humanos honores dirigere, & propter illos appetere: tum etiam, quia virtus per se solum est laude digna, & dignissima, vt per se appetatur. Deinde non leniter demonstrat Christus Nauarra. Attendite (inquit) ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videantini ab eis. Nam de illis qui hoc faciunt, subiugit recepisse mercedem suam, quasi diceret, iam illis est satisfactum: cum coram opera primum a Deo non meruerunt, cum non propter ipsum facerint facta. At hac culpa etiam si sit in admittitioe, vel receptione iactamentorum, solum est venialis, quia non videtur grauis inordinatio ex bono opere humanam laudem captare, & ita tenet Nauarra. cap. 23. num. 13. caest. 4. qui res principaliter. Syluest. verbo vana gloria, q. 2. sine. Henriquez lib. 4. de poenitentia. cap. 36. num. 4. in comment. lib. R. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 1. Bonacina de matrim. quafi. 4. p. 8. num. 10. colligitur ex Azor. tom. 1. lib. 4. instit. mor. cap. 13. quafi. 3. & 4.

10 Sed quid si ob gloriam humanam captandam fingeres opera virtutis, adhuc existimo te solum venialiter peccare, si inde damnum aiquod graue alius non obuenit, quia non videtur grauis inordinatio, quod exprèsit docuit Azor. tom. 1. instit. moralium lib. 4. cap. 13. quafi. 5. vbi postquam dixit hypocritas, quia quis factis virtutis integritatem, & sanctimoniam fingat simulat, cupiens, & studens bonis haberi, & praedicari, labiatur in his tunc lethalem culpam in esse, cum proximo graue damnum inferat, aut graue aliquod imminet peccati peccatum, aut cum in deperatam finem, animam, & mentem intendimus. Ergo si exclusus sentit soium esse veniale. Leonardus Lessius lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 45. dicit esse solum veniale, siue mendacium, & iactantia: & solum ex adiunctis esse mortale, colligitur ex Nauarra. cap. 23. num. 13. & Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 3. num. 2. & 3. vbi falsò laudatum peccati mortalitatis condemnant, si aduersus inde graue damnum oriri taceat, imò aliquando subdunt Sanchez, & Nauarra. nec veniale esse falsis iactantibus non contradicere: dummodo illis, quae falsae sunt, non delecteris, sed quia per opinionem, erit falsam, quam habent alij de tua virtute, quae tuo statui necessaria erat, virtus scandalum.

PUNCTVM XII.

An representatis duobus peccatis, voluntati, v. g. homicidio, & leui mendacio, teneatur voluntas vtrumque respicere, vel possit abique peccato vnum praeter alio amplecti,

- 1 Propositio dubitatio.
  - 2 Licetiam esse electionem minoris mali comparatione maioris probat Sanchez.
  - 3 Peccatum est electio minoris mali in supradicto casu.
  - 4 Non est peccatum aduersus electionem, sed aduersus virtutem, qua cum pugnat malum electum.
  - 5 Qui maius malum eligeret secluso minori, aduersus illam virtutem peccaret, aduersus quam est malum electum.
  - 6 Solutioe argumenta n. 2. postea.
- Recd. de Castro sum. Mor. Pars I.

1 Ceterum est voluntatem vtrumque respicere debere, si id sibi est possibile, quia vtrumque malum est, ac proinde vitandum. Controuertitur igitur est an casu, quo determinata sit virtus respicere, possit eligere abique peccato hunc actum; si peccatum a me admittendum esset, eligerem potius leue mendacium, quam homicidium?

2 Afirmat Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 10. à num. 25. licitam esse hanc electionem, seu praeelectionem minoris mali, comparatione maioris; iniquam tamen, si maius malum eligeret. Mouetur primò, quia hic non absolute vult eligere minus malum; hoc enim esset iniquum, sed vult eligere, casu quo fragilitate sua vnum è duobus illis peccatis esset determinandus eligere: sed eligere minus malum comparatione maioris, est recta electio. Ergo. Confirmatur. Licetum est determinato, vnum è duobus peccatis efficere, & consilium, vt minus eligat, quia tunc non consulitur absolute malum, sed electio minoris, quae bona est. Secundò exi charitas te obliget vitare in proximo quodcumque peccatum, at vbi ipse determinatus est vnum è duobus eligere, tenetis arctiori vinculo malus vitare. Ergo etiam tenetis in te ipso arctiori vinculo maius peccatum vitare. Ergo voluntas, eligendi minoris mali potius quam maioris, bona est, & sub praeecepto. Tertio hic actus, si tibi mentitandum esset, aut neganda fides, eligerem negare fidem, esset grauisimum peccatum: at non esset peccatum, nisi quatenus opponitur praeecepto de minoris mali praeelectione: siquidem voluntas similiter ad non peccandum est determinata. Quarto, quando duo praeecepta incompatibilia concurrunt, datur praeeceptum eligendi, quod grauius est, & quod grauius malum curat. Ergo idem erit, quando ex voluntate te quis conicit in has angustias; quia necessitas non efficit praeeceptum de vitando grauiori malo, sed illud supponit. Hae sunt praecipua argumenta, quibus Thomas Sanchez mouetur, contendi pro sua sententia adducere Sorum 4. distinct. 17. quafi. 2. articl. 4. in 5. conclus. Barthol. a Ledesma. in summ. sacrament. tractat. de poenitentia, vbi de contritione, difficult. 6. col. penultim. Martinus de Ledesma. 2. part. 4. quafi. 2. articl. 3. paulo post principium. in 4. proposit. Suarez tom. 4. in 3. part. disputat. 3. section. 10. num. 7. Petrus de Ledesma. in summ. tractat. de poenitentia, cap. 6. post. 9. conclus. fol. 438. versio. de lo dicho se sigue. Qui tamen, in eo iudicio, non negant electionem minoris peccati, etiam facta illa suppositione, peccatum esse: sed solum dicunt non esse peccatum distinctum, neque habere malitiam distinctam ab ea, quam haberet, si per se eligeretur, & nulla comparatione facta: consentit sententiae Sauch, integrè Bonac. disp. 2. de peccat. q. 4. punct. 4. proposit. 5. num. 25.

3 Triplici conclusione meam sententiam declarabo.

Afirmo primò dicentem, si furtum, vel leue mendacium ego determinatem committere, eligerem potius mendacium, quam homicidium; peccare peccato mendacij, quantumuis habeat voluntatem vtrumque vitandi. Probo, quia et si eligit minus malum, ad vitandum maius: at absolute malum eligit, sed electio libera mali nunquam potest esse bona. Ergo. Quod longè aliter se habet in consulente, in cuius potestate non est, dimouere proximum ab vtroque peccato, ideo rectè facit consulens, vt minuat malum illud: at in eligente, vt bene dixit Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 3. sect. 19. num. 3. semper habet in potestate sua vtrumque vitare, neque fieri potest, vt commissio leuioris peccati, sit necessaria ad vitandum grauius, quia est aperta contradictio, & ideo in ipso eligente nunquam ille actus potest esse bonus. Confirmo. Illa suppositio, si determinandus esses ad mendacium leue, vel ad homicidium, nullo modo tollit malitiam in illo actu, quo dicis te electurum esse mendacium, quia tollit malitiam mendacij, determinatio enim tua voluntatis ad vnum è duobus committendis, non immutat obiecta, neque illa aliter quam sunt, supponit. Ergo. Item cum dicis: si essem laicus, & non sacerdos, me vindicarem, peccas peccato vindictae, quia esto habes voluntatem absolutam nunquam te vindicandi, habes tamen voluntatem illius sub conditione non auferente eius malitiam, ac proinde peccas, vt omnes sententur sed eodem modo te habes in presenti, sub conditione enim, quòd determinandus esses ad vnum è duobus ad homicidium, vel ad leue mendacium, dicis te electurum mendacium, peccas quidem eligendo mendacium, quia illa suppositio tua determinationis non tollit mendacij malitiam, quia & libera est, & mendacium extrinseca.

4 Dico secundò, posita fictione supradictae comparationis, in qua minus peccatum relicto maiori eligitur, talis electio minoris peccati non habet malitiam aliam distinctam ab ea, quam habet minus peccatum. Hae conclusio à nemine negari potest: imò hoc est soium, quòd Doctores relati à Sanchez videntur docere; cum tantum dicant facta illa comparatione ficta, potius minus malum quam maius est admittendum nunquam tamen dicunt in illa electione libera minori, mali malum non esse, sed non esse malum aduersus praeeceptum electionis.

5 Dico tertio, qui sub illa comparatione homicidium eligeret.

G omissio

DE CASTRO PALATINO

omisso leui mendacio, peccaret sane morali peccato homicidij: at non credo aliam malitiam habere. Quod peccet mortaliter, constat ex prima conclusione, & expresse omnes Doctores admittunt; quod vero non habeat aliam malitiam, inde probetur: nam si aliquam haberet, maxime aduersus preceptum, quo cauetur ex duobus illis malis minus esse eligendum, sed in presenti nullum est tale preceptum: siquidem qualibet suppositione facta utrumque vitari impetatur. Ergo, Deinde vitare homicidium, potius quam lege mendacium ipsamet iustitia virtus obligat: quælibet enim virtus quo grauior est, & excellentior, eo strictius obligat ad sui obiecti obseruationem, Ergo non est necessaria alia obligatio distincta. Ergo qui vitæ committere homicidium, potius quam leue mendacium aduersus iustitiam peccat.

Sed quid dicendum, cum inter duo peccata mortalia eligatur vitare utrumque qualibet suppositione facta. At peccat solum aduersus illam virtutem, cui opponitur peccatum, si de facto committeretur: vnde pro qualitate virtutis est maior, vel minor obligatio; semper enim fides, v. g. fidelitate excellentior est. At cum te determinas vnum de duobus violare, & resolis violare fidem, solum aduersus fidem peccas, quia fides est, quæ te distabat magis esse ipsam seruandam, quam fidelitatem. Neque enim necessaria est alia virtus, quæ hoc dicitur.

Argumenta pro sententia Sanchez ex dictis manent soluta; qualibet enim determinatione facta semper est malum eligere peccatum leuius; non tamen est malum consulere eligendum, quia non consulitur eligendum minus malum absolute, sed diminutionem maioris, cum in potestate consulentis non sit virtutem vitare, sicuti est in potestate electoris.

Ad secundum concedo te teneri auctori vinculo peccatum grauius vitare, quam leuius, non tamen inde inferri, si eligas leuius, non peccatum: peccabis, inquam, sed leuius.

Ad tertium concedo illum actum negandi fidem esse grauissimum, & aduersus fidem, quia sufficit sub conditione non aufere malitiam velle fidem negare.

Ad quartum quando duo precepta incompatibilia concurrunt, si recte expendatur, non datur preceptum eligendi, quod grauius est, quia ibi tunc non sunt duo precepta, sed vnum tantum; aliud enim cessat, quia potest aliqua circumstantia, qua posita cessat obligatio. Verbi gratia, adest preceptum audiendi Missam, & simul necessitas succurrendi infirmo, cessat omnino preceptum audiendi Missam, quia ponitur aliqua circumstantia, qua cum non obligat: at in presenti casu supponimus utrumque preceptum de facto obligare, neque vnius obseruationem alterum excludere. Ergo utrum est secundum. Ergo si vnum ex illis violas, peccabis.



## DISPVATIO III.

De Peccatis, qua est de eorum distinctione, gravitate, & paenis eius annexis.

## PVNCTVM I.

Vnde distinctio peccatorum sumenda sit.

1. Proponitur questio.
2. Multiplicitas ex parte precipientis non multiplicat peccata.
3. Obiectiones aliquot proponuntur, & diluuntur.
4. Quoties est distinctio formalis, non materialis rei precepta, est peccatum distinctum.
5. Proponuntur obiectiones, aduersus dictam doctrinam, & illis fit satis.

**P**RINCIPIVM constitutum cuiuscumque rei est principium distinctum illius, ex Philo-  
pho: cum autem constitutum peccati, vt est  
precedenti disputatione constat, sit dissonantia  
cum natura rationali, quotiescumque hæc dissonantia numero, vel specie diuersa est, diuersum est peccatum numero, vel specie; ita Azor. tom. 1. *cap. 1. moralium*, lib. 4. *cap. 1. quest. 5. 6. & 7.* Valentia 1. 2. *disp. 6. quest. 2. punct. 1.* Valquez *disp. 98. cap. 2. & 1.* Salas 1. 2. *trac. 13. disp. 3. sect. 2. num. 16.*

Difficultas autem est, an quoties multiplicentur precepta, multiplicentur dissonantie, & consequenter peccata?

Et dicendum est preceptum multiplicari posse, vel ex parte precipientis, vel ex parte rei preceptæ: ex parte precipientis multiplicatur, quando ab eadem persona pluries preceptum reperitur: à diuersis, quando eadem res à diuersis prelati

precipitur, vel à Deo, & creaturis. Ex parte rei preceptæ multiplicatur preceptum, quando multiplicatur res, quæ precipiuntur.

2. Dico ergo primò, sola multiplicitas ex parte precipientis non multiplicat grauius dissonantiam rationis, ita vt sit necessario confitenda. Probo, quia hæc multiplicitas non facit esse preceptum multiplex, formaliter, sed solum facit precipientes esse multiplices. Ergo non potest hæc multiplicitas diuersam obligationem constituere; ac proinde neque diuersum peccatum necessario in confessione manifestandum; ita tenet Azor. *quest. 5. Valquez cap. 2. Salas n. 9. Bonacina alios referens disp. 2. de peccat. q. 4. punct. 3. n. 10. & seq. coroll.*

Ex hac conclusione infero omittentem ieiunium in vigilia alicuius Sancti concitentem in Quadagesima, & sacrum die S. Petri occurrentem in Dominica non peccare duplici peccato necessario manifestando, sed satisfacit precepto confessionis, si dicit semel violasse ieiunium, vno die festinato sacrum omisit: sicuti satisfaceret clericus, qui diceret se omisit recitare vno die, etiam si ratione ordinis sacri, & virtus vel plurius beneficiorum obligatus fuerit. Ratio omnium est, quia omnia illa precepta eandem rem precipiunt: ita Valquez *disp. 98. cap. 3. Salas trac. 13. disputat. 3. sect. 2. num. 17.* Azor. *lib. 4. cap. 2. quest. 6.* Sanchez alios referens *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 5. & 6. lib. 1. in Decalog. cap. 14. num. 9.* Henriquez *lib. 5. sum. cap. 5. §. 6.*

3. Sed obieci. Preceptum est actus intellectus, & voluntatis precipientis, sed non potest esse idem actus intellectus, & voluntatis quando precipientes sunt diuersi, v. gr. homo, & creatura, Pontifex, Episcopus. Ergo neque potest esse idem preceptum. Ergo est multiplex. Ergo violator illorum violat multiplicia precepta. Ergo multiplex peccatum committit, ac proinde tenetur confiteri.

Secundò quando tibi ab vno superiore precipitur audire Missam, & alius independenter ab illo id ipsum tibi precipit, quodlibet mandatum ex his te integrè obligat: siquidem quolibet deficiente maneret obligatus. Ergo omittens Missam, utrumque preceptum violas; non enim est maior ratio de vno, quam de alio. Ergo dupliciter peccas.

Tertiò negari non potest omittentem sacrum à Deo, & ab Ecclesia preceptum inobedientem esse Deo, & Ecclesie. Ergo grauius peccat, quam si solum Ecclesie, vel Deo inobediens foret. Ergo saltem ratione huius grauitatis tenetur manifestare in confessione à quibus fuit sibi preceptum impositum.

Facilis est horum solutio.

Ad primum dico esse quidem diuersum preceptum Pontificis, & Episcopi, non formaliter, sed materialiter, quia vnus alteri non superaddit obligationem nouam, sed eandem vrget.

Ad secundum concedo quodlibet mandatum ex his te integrè obligare: at quia ad idem formaliter obligat, non peccas duplici peccato, sed vno, sicuti si ab Episcopo, & Pontifice lata esset excommunicatio ob furtum in Ecclesia commissum; si committeres furtum, non duplicem excommunicationem, si vnam contraheres.

Ad tertium concedo omittentem sacrum à Deo, & ab Ecclesia preceptum, esse inobedientem Deo, & Ecclesie, non formaliter inobedientia, sed generali, quatenus omnia peccata dici possunt esse contra obedientiam, vel charitatem, aut gratitudinem: at quia plurius es inobediens, concedo te aliquo modo grauius peccare, sed non est grauitas tantæ considerationis, vt necessario manifestanda in confessione sit, quamuis concederemus circumstantias notabiliter aggrauantes esse in confessione manifestandas.

4. Dico secundò. Nulla est alia distinctio peccatorum, nisi secundum distinctionem preceptorum. Vnde si ex parte rei preceptæ sit solum diuersitas numerica, peccatum solum numero multiplicatur, si diuersitas specifica, peccatum diuersum erit in specie. Conclusio est manifesta: nam cum peccatum sit transgressio legis, & lex sit diuersa, quoties res precepta diuersa est, efficitur sane omittentem quolibet rem preceptam distinctum peccatum efficere. Hoc autem intelligi debet de distinctione rei preceptæ formaliter, non materialiter, non enim ex diuersitate materiali obiectorum, videtur diuersificari peccata; qui enim prodigus esset expendendo aurum, non committeret diuersum peccatum specie, si expendere argentum. Idem in plurium sententia contingit in imperantia ex diuersitate obiectum, non enim attendi debet materiale obiectum, sed formale precepti, diuersitas enim materialis conducit ad diuersitatem numericam actus, non ad speciem: ita communis sententia Azor. *tom. 1. lib. 4. cap. 2. q. 5.* Valquez *disp. 98. cap. 2.* Valentia 1. 2. *disp. 4. q. 2. p. 1.* Salas *trac. 13. disp. 2. sect. 2. n. 9. & 14.*

5. Sed obieci primò. Vnico precepto plura diuersa mandari possunt. precepto enim iurandi prohibetur iuramentum falsum, iniustum, otiosum; & precepto non fornicandi, prohibetur fornicatio, adulterium, pollutio, bestialitas, & tamen hæc omnia differunt specie. Ergo diuersitas peccatorum non requirit diuersitatem in preceptis, sed solum diuersitatem in re precepta.